

Samuel Bohl Ludwig Brun

Disputatio ... Super Sapientiam Salomonis in Proverbiis ...

**4 : Disputatio Quarta ... Exhibens in specie Principium Tertium Deductivum
Ethices seu Politices divinae Sechel Felicem Et Prudentem Rerum Tractationem.
Ex cap. 3. usq[ue] ad v. 19**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747232199>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Vor. : J. Küselman

J. Böhl.
R. U. Theol. 1638.

DISPUTATIO QUARTA 38
SAPIENTIAM
SALOMONIS
IN
PROVERBIIS.

Exhibens in specie
PRINCIPIUM TERTIUM DE-
ductivum Ethices seu Politices divinæ

SECHEL

FELICEM ET PRUDENTEM RERUM
TRACTATIONEM. EX

cap. 3. usq; adv. 19.

Quam

D O. M. A.


PRESIDE

M. SAMUEL BOHL,

S. S. Theol. P. P.

Publico doctorum examini subjicie
LUDOVICUS BRUNE Rostoch^s

Habebitur in Auditorio majori 9. Februar.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.
ANNO MDG XXXIX,

VIRIS
Magnificis, Amplissimis, Consultissimis, Felici
multarum rerum tractatione prudentissimis
Inclite Reipub: patriæ
CONSULIBUS
eminentissimis

Dn. JOHANNI Luttermann.

Dn. BERNHARDO Clingen.

Dn. NICOLAO Scharffenberg J.U.D.

Dn. JOHANNI PETRÆO.

Dominis Promotoribus & fanticibus meis
æternum suspiciendis S.

Aurisfici, *viri* Magnifici, expediti est, aurum sibi oblatum ad statu-
ram examinare, & attendere, ne quæ suberato mendosum tinniat
auro. Haud secus illum decet, cui aureus ille thesaurus verbi divini ex-
plicandus venit, non omnia quæ occurunt, vera apprehendere, sed ad
stateram, linguam dico originalem, examinare, & accuratius secundum
eandem, quæ obtruduntur, trutinare, & considerare. Hæc enim cœu-
Lydio lapide, omne, num solidum crepet, sitne probum vel improbum,
purum vel adulterinum, dijudicari poterit. Hæc regula & norma est,
ad quam omnino omnes Omnitum versiones examinari debent. Quod
ut mihi quoq; aliquando usu venire possit, ego etiamnum linguis pe-
nitius imbibendis operam meam mancipio, & num quid in iisdem
proficerim, publicè periculum faciam, præsentem disputationem pro-
pugnaturus, quain vobis, *viri* Amplissimi, submisæ offerre debui, ma-
gnopere contendens, ut eandem fronte complanata accipere dignem-
ni. Valete, & rem bene gerite. Rostochij Cal. Febr. 1639.

V. V. M.M. & A.A.

Observantiss.

LUDOVICUS BRUNE
Respond.

Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis

37
DISPUTATIO IV.

Exhibens

PRINCIPIUM DIVINÆ ETHI.

cess deductivum tertium Sece^ל sc. felicem
& prudentem rerum tractationem,

Generalis hujus Disputationis dispositio.



Tertium Principium ^ל felix & pru-
dens rerum tractatio exhibetur in ^{Respond.}
^{LUDOVICUS BRU-}
propositione.

Respectu naturæ docet, à Deo pen-
dere in actionibus. ^{NE Rost.}

Arg. I.

Respectu Commodi rerum nostrarum confir-
matio.

Respectu naturæ exhibet, ad Deum & ad ejus glo-
riam referre actiones. ^{Arg. II.}

Respectu Commodi, in nullo habere defectum.

Determinationem & Conservationem Sece^ל inducit,
nempe crux Dei cattigationem & intrepationem,
quā nos in terminis reclarum actionum conservamur. ^{Arg. III.}

Tertium Principium deductivum, quod nos ad veram
sapientiam deducit est ^ל Sechel, fœlix & prudens rerum tra-
ctatio, seu tractationis institutio. De quo principio tertio, quid
sit quid secum portet commodi, quod avertat incommodum,
ex Salomone porro videbimus.

I. Exordium est in v. 1.2.3. Capitis Tertiij.

v. 1. Fili mi legeni meam ne negligas, & precepta mea custo-
diat cor tuum. 2. Nam prolixitatem dierum & annos vita, imo
pacem addent tibi.

v. 3. Ut misericordia & firmitas non derelinquant te, liga
illa in gutturalibus suis, scribe ea super tabulam cordis tui.

F

2. In

2. In hoc Exordio, sicut in Exordio præcedentis principij, presupponuntur fundamenta priorum Principiorum. Dicit Legem meam ne negligas, respicit hoc ipso ad primum principium ad Daath, rerum complexum, quæ in lege occurruunt, ut id supra in Disputatione secundâ demonstravi, Addit præcepta mea custodias cor tuum, respicit hoc ipso ad secundum principium, discretionem. Quamvis enim phrasis ipsa sit generalior, tamen in hoc contextu tantum id notat. Custodire est hic, & alibi ex fônte, rem, quam habeo vel complexus sum, tenere, Cum autem tenet præcepta, Cor, tenet Discretionis subiectum, hinc cor sapiens & cor stultum sibi opponi solent, unde zu Herkenne hmeni rem perceptam recte secum volvere & discernere. Hinc sapientes Corde Exod. 28. 3. Qui discernere possunt rem à re, quanvis alias etiam ut remotius principium cognitionis adscribatur. Reg. 3. v. 13. Expressè dicitur Cordiscernens, cui in Job. cap. 36. v. 13. opponitur בַּנְפִיל hypocrita Corde, id est, qui non verè cor discernens habent. De quibus ibidem dicitur, quod ponant iram, ex quo fluit cor rectum, Cor obliquum, &c. In v. 20. præcedentis cap. concludebatur Discretio; Ergo in via honorum ambulabis & semitas Justorum custodes. Quia hoc aliud est, quam, ergo præcepta mea observabis cor tuum.

3. De quo fusi agere non permittit principium tertium, quod ex præcedentib. duobus fluat. Hinc dicit: Nam prolixitatem dierum & annos vita addent tibi, misericordia & veritas non derelinquent te, & gaea super gutturalibus tuis scribe ea super tabula cordis tui. Sic connectuntur hæc. Cognitio seu rerum complexus dabunt tibi prolixitatem dierum, at non simpliciter sed quando ligantur ad gutturalia, & quando scribes hæc super tabula cordis tui, id est. Quando ea principia ita nobis infiximus, ut in verbis & in actionibus nostris conspiciantur. Hoc enim volunt verba illa, scribe ea super tabula cordis tui, id est, ut quicquid ex corde exeat, ornatum veniat, primo eo, secundoq; principio Daath & Thbunah, complexu rerum & discretione Conf. Prov. cap. 6. v. 21. Et cap. 3. 22. Ligamus enim verba circa gutturalia nostra,

nostra, quando iis perpetuo utimur, ut cum ipsis, quae ex gutture nostro prodeunt, quasi unita, sapientem & discretum reddant. Sermonem, Conf. Jer. cap. 17. v. 1. Ex qua collatione secundo loco patet, qui illud scribatur in tabula cordis quod perpetuo nobis inharet & ex quo actiones fluunt.

4. Ex his suis Principium tertium, quando enim habeo Daath & Binah complexum rerum, tunc superest ut ea recte applicem, ex qua applicatione nascitur Tertium, quod dicit Salomon noster legislator prudentissimus **רְכָב** felicem & prudentem rerum applicationem. De locis parallelis, ubi haec vox eodem modo sumitur pro ratione spatij chartacei dicetur infra. Hic in genere notetur, Germanos non commodius vocabulum, quod ego sciam, habere, quo hoc tertium principium exprimere possint, quam *Geschicklichkeit/ da sich ein Mann/ Kraft bey-
Der vorig erklärtin Gründen zu schicken weiß/ daß all
sein Thun sich recht schicket / und zu einem guten Ende
gelanget.*

5. De hoc principio in hoc capite agi, sequens docet Orationis hujus propositio v. 4. Et inveni gratiam & felicem tractationem boni in oculis Dei & hominum. Nexus talis est: Si tu Daath & Binah, rerum complexum & discretionem, juxta istum modum ligaveris ad gutturalia tua & scripseris super tabulā cordis tui. Tuni invenies, i.e. acquires gratiam & Secel.

6. Futurum primum idem dicere quod futurum secundum, in materia necessaria ex Grammaticis principiis extra controvrsiam est. Unde studio exempla similia prætero, omnibus enim Ebraistis haec nota sunt, si necessitas efflagitaverit poterat ea dari in discursu publico; Hinc 70. εὐρῆσεις Cald. **ינ-
וֹת שִׁבְחַת רְכָבָן** *In-
venies gratiam* i.e. acquires vel habebis. Invenire & posse sub una formâ Ebræorum sunt unde tritissima illa phrasis, *quicquid invenerit manus tua*. i.e. *Was du vermagst/ Conf. Jer. cap. 6.
v. 16. Invenite requiem vobis ipsis. i.e. acquirite. 1. Sam. 20. 21. Ito.
Inveni sagittas*, i.e. acquire, ita quare ut eas habeas, eodem

שִׁבְחַת

modo v. 36. Levit. 12, 8. Si non inyenerit manus ejus, Wo sie nicht so viel vermögens ist.

Gratia

7. Gratia est res habens gratiam, **Ein ding das ein art hat/**
quæ est immēd'atum connexum cum felici & prudenti rerum
tractatione, hinc in genere toties in lege dicitur de uxore, quæ in-
venit, vel non invenit gratiam in oculis mariti, **Die dem Man-**
ne nicht wil gesallen/ mit welcher es gegen dem Manne
wil keine Art haben.

8 Gratia connectitur cum Secel felici rerum tractatione,
hæc enim tractatio est gratia, id est res habens gratiam, **Ein
Ding daß seine rechte Art hat**, quomodo sumitur in com-
muni dicto, **Diffusa est gratia in labiis tuis** I Sal. 45. v. 5. **Sie enim
textus;** Tu pulcher verè factus es, magis quam filij hominum, **Diffusa
est gratia in labiis tuis**, propterea benedixit tibi Deus in æternum.
Nexus: quia tu pulcher es, quia quæcumq; in te & tuis actionibus
& verbis conspicuntur, præ se ferunt gratiam, i. e. **Du hast
dass eine Art hast**, Ideo etiam benedixit tibi Deus, i. e. Ideo
etiam in te subsistere voluit Deus, ut in te & per te omnes actio-
nes omnium rectificentur.

9. Forma ergo prout eam alia voce exprimere possumus est
in שְׁנָה principio tertio GRATIA, modò descripta tam in oculis Dei, quam hominum, prout non tantum congruit cum sano intellectu humano, sed quod potissimum est, etiam cum divino prescripto. Multa in oculis humanis inveniunt odium, quæ in oculis divinis gratiam. Noah Genes. 6. v. 8. Benedictio Bileam. Num. 24. v. 1. &c.

**Argum.
Confirm
tionis.**

10. Argumenta Confirmationis. Naturam, Commodum & incommodum pro more horum principiorum depingunt i. Arg. respectu naturæ est in v. 5 6.7.

v. 5. Spera in Domino ex toto corde tuo, & discretioni tua
ne innitarris.

v. 6. In omnivia tua ipsum cognoscito & ille rectificabis se-
mitas tuas.

II. Ante-

11. Antequam ad rem & nexum, brevibus presuppono veram phrasium notationem. Sperare in Dominum vi formæ suæ est securum esse in Domino. Conf. Isa. 50. v. 10. Iibi vi argumenti quod ibidem post ἀνθυπόθεσιν repetitur, clarè hæc forma conspicitur,

12. Via est modus agendi; loca ut satis nota prætereo. Nexus est taliter combinatus: Non est quod pyses, quasi Discretio, secundum principiū, cui tu posses inniti, sufficeret; nō ita: sed spēra & secuncrus es in Deo, ut quicquid agas, primum illum recognoscas, num nè pro ipso vel ex ipso sit. Hoa est verè שָׁבֵל felix & prudens rerum tractatio, ut tuas semitas rectificet.

13. Ergò requiritur ad felicem rerum tractationem & ad Secel ut in Deo securi simus, Deum in operibus recognoscamus, quam rationem participat cum principio Terminativo Sequelæ Dei. Quid 70. in mentem venerit cum יְהֻנָּה explicarunt per γνῶμα τοῦτον, hariolari non possum, aut uno esse mendum. Recognoscimus autem Deum in operibus cum omnia agenda ponderamus, num cum voluntate Dei convenientia, nec ne. In eā significatione ferè sumitur Psalm. 91. 14. Exaltabo eum, quia יְהֻנָּה Cognovit meum nomen i.e. recognovit excellentiam meam, quam semper magnifacit, ut præsenter juvare valentem, Consequens enim hoc cognoscere est τὸ πεῖρα, Unde necessario plus involvit. Nec inconvenienter hoc refertur Esaianus locus cap. 1. Cognoscit asinus præsepe Domini sui, i.e. recognoscit quatenus semper ad illud pedes suos refert, quod Israel facere nolebat, ut ex contextu patet. &c.

14. Natura magis explicatur in his verbis; Ille dirigit gressus tuos. Commodius hæc de solâ naturâ explicantur; ut dicam: ut ille rectificet vel dirigat gressus tuos, in eo respectu magis explicatur Recognitio, videlicet quando ideo Deum recognoscimus, ut vias nostras dirigat & rectificet, ut exinde nascatur felix & prudens rerum tractatio. Hoc non obscurè elicitur ex Proverb.

15. 21. Vir Discretiōis rectificat gressum, Ein discrieter Mann/ qui secundum habet principium, agit, ut gressus recti fiant.

72 De principio divine Ethices deductivo tertio

15. Natura hæc adhuc clarius explicatur v. 8. *Noli sapientem esse in oculis tuis, sequere Dominum & recede à malo.* Hæc radix solis, ut dici solet, scripta sunt, & clarissimè quæ obscurius modò dicta sunt explicitant. Nexus est talis: *Noli tibi persuadere, quasi discretio & sapientia, quam conceperisti, sufficient.* Falsissimum hoc est, nihil proficies, nisi tertium principium, nempe לְכָשׁוּן addas &c. ut tuas actiones ad sequelam Dei dirigas & à malo recedas.

16. Principium ergo verarum actionum in Secel latet, cuius vigore nihil agendum, nisi quod Deum agere videmus & eum nos imitari velle videmus, ut ita consequenter à malo recedamus. In hoc consistit consultatrix autoritas, ut hoc facientes alijs etiam fana consilia suppeditare valeamus. Unde non sine causâ dicitur Prov. 24. יְרָא אֶת יוֹחָדָה בְּנֵי וּמִלְךָ Cum euim timemus Deum & regem, & ea agimus quæ ipsi injungunt sapientes, ita ut antecedentia istius membra docent, Robusti & fortes consilioq; præstantes. Cur enim excandescat Deus super vocem tuam, us corrumpas opus manuum tuarum &c. Quare sequere Deum, ut ita non corrumpat sed promoveat opus manuum tuarum, inquit Salomo in Koheleth cap. 5. Et quidni opera nostra informemus ad sequelam Dei, cum Salomo Kohelet cap. 12. dicat: *Deum sequere, time, & mandata ejus serva, nam omnia opera adducet Deus in judicium.* Ibi orbita probabitur, num in eâ fuerint actiones, nec ne. Brevibus; Natura secel in primo ergumento est à Deo pendere.

17. Præsupposita hic primâ parte descriptionis naturæ secel felicis & prudentis rerum tractationis jam rectâ ad *commodum progedimur* v. 8. *Medicina erit umbilico tuo & irrigatio ossibus tuis.*

18. Primò Phrases, deinde nexus persequemur. Umbilicus dicitur à Jhudæis esse illud membrum corporis, per quod pueri in utero materno alimentum accipiunt. Videatur Rabbi Levi Ben Gerson alias Kalbag & Aben Ezra super hunc locum. Physici itidem hanc rem ita se habere asserunt. Cum igitur dicitur, *Medicina erit umbilico tuo, idem erit ac si dictum fuisset; Secel est primum*

Yū I. Argumenti.

Commo-
dum.

primum quod te in actionibus tuis nutrit, ut accrescas in virum perfectum & sapientem. Explicatio hæc fundatur in natura: Medicina enim quæ collata est meo umbilico fuit lac vel sanguis maternus: brevibus; id quo ego in utero materno sum sustentatus. Ab quantum requiritur ad Theologum & Explicatorem scriptura si plene defungi velit suo officio eum novisse oporteret, omnes facultates & artes. Si hic natura non subvenisset ego haecsem in nuda formâ, in quâ non facile erramus. Dixissem enim erit Medicina illare, in te quæ firma facit omnia. Umbilicum enim, (contradicenti non adversor) puto esse in corpore humano, in quo terminantur omnia fila, vel quali, totius corporis. Dicam si potero plenius. Umbilicum enim quasi centrum volunt esse in homine physici, ut si expansis manibus & pedibus decumberet homo & circuitus tunc duceretur in umbilico, circini pes esset agendus, ad quem ut ad centrum omnes à peripheria feruntur linea.

2. Dicitnr irrigatio ossibus tuis, ossa crescunt & consolidantur, quod palpamus, si irrigentur aquâ appropriata magis crescent. Hic autem notant ossa id quod in nobis roborat, sicuti humano corpore si absq; ossibus esset caro concideret. Cum ergo dicit: erit irrigatio ossium tuorum, Idem est ac si dixisset: Secel est id, quod robur tuum in sapienti viro magis magisq; auget. Haberit se itrigatio & medicina ut posterius & prius. Medicina seti ut juxta formam Ebraeorum loquar, Subventio, prius est, irrigatio, illius cui subventum est, est posterius.

19. Nexus ex hac Phrasium explicatione patet: Situ Deum recognoveris in omnibus viis tuis cumq; secutus fueris, & ita

לְכָדְךָ habueris, tunç erit medicina &c.

Secundum

Secundum Argumentum naturam & commodum refensis, est in v. 9 & 10.

Argumentum.

v. 9. Honora Jeboyah ex facultate tua, & ex primitus omnis proventus tui.

v. 10 Et implebuntur omnia cellularia tua satietate, imò multo cellularia tua trumperit.

Nonius

44 De principio divinae Ethices deductivo tertio

20. Nonus versus Naturam Secel, decimus commodum natat. Prout verba sonant talis est sensus: Si rem feliciter institueris velis, debes esse liberalis erga pauperes & in oblationibus tuis inde enim tibi affluet dives rerum copia. Sensus pure fluit, nec desunt alia scripturae testimonium, quae beneficentiam in pauperes aliquoties conjungere solent, cum felici rerum tractatione, aliquoties in lege tam favorabilia iudicia pro iis feruntur, quod demonstrare judico supervacaneum.

21. Verum enim vero ut directius ad scopum perveniam, dico, hic non in genere de omni beneficentia erga pauperes agi, sed de ordinario debito, & extraordinaria voluntaria oblatione, quae in veteri T. fieri solebat Deo & sacerdotibus, Deut. 14. 22. Strictè decimas dabis ex omni proventu seminâ tui, quæ eduxerit ager annuatim; additur ratio: Ut discas timere Dominum Deum tuum omnibus diebus; sequentes enim Deum & iusta exequentes, recte dicebantur timere, Conf. Num: 18. à v. 25. usq; ad finem cap.

22. Hæc generaliter accepta pertinent ad ל'בש/ cum enim Deo id tribuo, quod illi debo, tunc iterum mihi id dabit, quod gratiosè promisit, & vias meas prosperas esse jubebit.

23. Penitus autem nostrum thema consideremus, ut collatorum, seu Proverbiorum Salomonis accurata habeatur ratio. Dicendum ergo est Argumentum hoc secundum, præsupponere prius, & plus inducere honorare Deum ex facultate nostra, esse, pro nostro posse Deum in actionibus, respicere & ipsius gloriam conjectari, ¶ sumitur pro eo quod nos potentes reddit hoc vel illud efficiendi. Conf. Psal. 119. v. 4. Prov. 6. 31. & cap. II. v. 4.

24. Deinde erit Phrasis subsequens & ex primitiis proventus tui ita explicanda: Honora Deum. I. Eo, quod tibi ex ejus benevolentia concessum est. E. g. Cuicunq; concessa est ars bene canendi ille tenetur juxta hoc principium Deum perpetuo cantu illo laudare, nec illum ad alias ineptias & vesania genera transfettere, Tunc dico, ille primitiis proventus sui honorat Deum.

25. Commode pro ratione naturæ ejus est explicandum: dum. Tunc implebuntur cellaria tua sufficientia, immo multo torcularia tua

bus erumpent. Cellaria sunt reconditoria in genere, & semper habebunt sufficientiam, i.e. ille qui omnia ad gloriam Dei dirigit, ille in eo, ex quo Deo dat, nunquam tentiet defectum sed semper habebit satisficiem, sufficientiam; immo magis quid, nam torcularia ejus id est. Instrumenta & media quibus bonum suum augere & acquirere solet, erumpent praetextu multo. prae eo quod acquirere laboravit.

26. Erumpere; angere & extendere sign. Conf. Gen. cap.

28. v. 4. i. Chron. cap. 4. v. 38. Ex hoc secundo Argumento, naturam Secel hanc dicimus esse; omnia in actionib[us] referre ad Deum ^{Natura}
ut ipsius gloria promoveatur. Sicut in primo argumento, natura Secel.
ejus erat, a Deo accipere & ab eo pendere. Commodum est;
omnia accipere a Deo & in nullo habere defectum. Fubebit enim
benedictionem Dominus in cellariis tuis, & in omnibus projectio-
nibus manus tuæ, & benedicet tibi Mosche Deut. c. 18.

27. Hæc applicentur ad Ecclesiam ad Rem publicam & pri-
vatam; deprehendemus in illis statibus ea verificari.

28. Cum Doctores & alij artifices non invidi sunt, sed pro suo posse in Academijs Studioſos, in civitatibus auditores suos docent, palpabunt res suas feliciter procedere, comite bona conscientia. Mera est Phantasia dicere: Si meam artem ego doce-rem alijs, alij me facile superarent ut ingenio vegetiores. Fiat, teminet benedictio & cum Deum honoraris ex tua facultate, iterum ille te honorabit, ut quod rei excellentioris conspiciantur in tuis discipulis, id ad te scilicet referatur. Imo torcularia tua erumpent, semper Deus plus conferet, quod praet alijs emineas,
Wer gelahrt ist der warke der Lehre / ut ex primitijs proveniens Deus honoretur & ita homo se Christi Epistolam esse demon-
stret. Hic Christy, Servus Dei רִשְׁכֵל recte instituere volebat, dum perpetuo docebat, adeo ut lassitudinem etiam senserit sape caro ex concionibus. Hinc elevabatur & alde excelsus siebat. Post la-
borem anima sue videtur & saturatur, quando per scientiam suam, justificabat multos servus ille Dei justus

29. In politia idem valet, omnia ad gloriam Dei sunt refe-

45 De principio divina Echices deductivo tertio

renda si rem feliciter instituere velimus. Unde est quod tōcularia Germanica non erumpant musto, sed esse defecerint? quod horrea nostra non impleantur proventu futuri anni? R. Quia nos non honoravimus Deum primitijs proventus nostri. Nam ad gloriam Dei omnia retulimus. Cum in Rebus pub: primas damus Deo, secundas Reipublicæ & nobis, benè omnia cedent; unde primarium officium Magistratus est nutritre Ecclesiam, Academijs, Ecclesijs, & Scholis p̄t̄ficiere viros, ut Scriptura loquitur, Roboris, i. e. Echtige Leute. Tunc Seel felix & prudens rerum institutio facta est. Habet enim in illis Magistratus ceu caput, oculos, manus, & pedes; per eos in officio conservantur subditi, rectè à Doctoribus instituti, cum majores moriuntur, præsto sunt, Oculi Reipubl. quos educarunt, ut non moriatur collegium, sed in viris novis efflorescat; Damit an statt seiner Leute / keine Kälte / ut Lutherus loquitur, Obigkeit Stellen betreten.

30. Ad hanc formam, omnia quæ faciunt ad GLORIAM DEI à Magistratu sunt instituenda, ut superioritatis recognitio Deum moveat ad bene agendum, Mal. 3. Num solet homo suffigere Deum? Pfleget man Gott hinten / oder unten anzusehen? Sicutà me suffigitis? Si dicatur. In quonam suffigimus te? R. In decimis & oblatione. Vos maledictione esti maledicti, quia me suffixistis vos, gens tota. Adducite in domum thesauri decimas omnes ut sit escain domo meâ PROBATE me in hoc dixit Jehovah Zabhaoth Si non i.e. Certè erga aperiām vobis fenestras celorum, & effundam vobis benedictionem, adeò ut ne locus supersit recipiendi. Quem locum ut convenientissimum secundo arguento pro Conclusione adponere volui.

31. Tertium Argumentum continetur v. II. 12. 13.
v. II. Castigationem Domini, ô Fili mi, ne respicias, & ne nauseant tibi increpatio ejus.

v. 12. Nam quem diligit Dominus, illum increpat Dominus, & scutipater filio bene vult.

32 Natura

32. Natura in hoc argumento exhibita, non intelligetur, nisi mediante praecedenti discurſu. Obijcere potuifſet. Ah! miſeram illam rerum tractationem, cum quotidie palpemus, quām male habeant illi, qui omnia ad Deum referre ſtudent. Illi objec-
tioni facile jam repondeatur; *Illi quod videtur malum est bonū bonum fluit ex amore Dei paterno.* Juxta hunc ſenſum ipſa affi-
ctio & crux, quam Deus nobis immittit, pertinet ad felicem rerum
tractationem. Deficeremus in rebus nostris, niſi aqua illa de-
ceclo miſſa nos reficeret, putredo invaderet res noſtras, niſi fal
crucis nos præſervaret, &c. *Crux re-*
quisitum
Castigatio Domini hic notat colliga-
tum argutiam, de quā in alio principio quodam ex professo. *Sechel.*
Afflictio eſt vera argutia colligata, tale argumentum, quo nos
Deus conſtrangit, ut in terminis noſtris maneat, & viam recti-
tudinis non negligamus. Exempla in Scripturis ſunt obvia.
Manasses, quantum nos colligere poſſumus, non redijſſet ad
Deum, niſi catenis vincitus prius abductus fuifſet. Illa abductio,
erat argutia colligata, qua colligebaruſ sensibus dispersus
nebulo.

33. Maximè autem id nos conſolatur, quod ſit castigatio pa-
terna, determinata ad optimum finem, ad quem respiciens
Elaias in Oratione. 3, inquit *כָּלֵיוֹן חֲרִיךְ שְׁטוֹת צְרָקָה Ca-*
laſvitatis determinata copioſe fert iuſtiſiam cap. 10, 12. Pater au-
tem ille non eſt homo, ſed lumen pater, in cuius conſpectu
ſunt omnia minutissima in nobis, etiam pulveris accidentia, ad
quæ feliciter regenda & conſervanda nobis hoc malum viſum,
prudenier immittit. Multi egent, at' nesciunt, quod egestas
ſuſtentatio hominis ſit, qui ita & non aliter interminis conſer-
vari non potest ordinari. Multi amiferunt unam manum & non
intelligunt, quod ſi alteram retinuiffent, iphis ſuſſet exitio
cum una illa manu debebet conſervari in terminis & in felici
rerum tractatione. Multi varijs malis certis anni
temporibus vexantur, at non ſentiantur, partem luminum.

G 2

ſcire

48. *De principio divina Ethices deductivo*

scire hec illi conducere, nisi enim in cibis supereretisset,
at turum fuisse eum prævidebat pater, quod contra gloriam Dei
& proprium commodum militasset. In quâ sententiâ conferan-
tiae due insignes orationes quas in Jobo Elihu juvenis at erudi-
tissimus, & ipse Deus comprobat habuit quas orationes tanta
argumenta faciunt conspicuas, ut extra se rapiatur quasi legens.

34. Quod autem dixerat prius Musar castigationem id deinde dicit Tocchate increpationem, quæ est perpetua aurium no-
strarum vellicatio, ut à malo ad bonum recedamus, vel in bonis
consistamus. In quo puncto preclare Elihu Job. 36. Quando
vincit catenæ, capinatur funibus afflictionis i. e. Quando affigit
crucem immittit hominibus. Tunc solet aperire aures ipsorum ad
colligatam argutiam, & dixit seu id fecit vel intendit ut reverteren-
tur ab iniuitate. Si audirent & serviverint, tunc in bono con-
sumabunt dies suæ. Et annos suis in delectationibus. Si vero non
&c. Crux ergo & calamitas conservat nos in terminis. Hinc
textus dicit fluere in eis patiōnem ex amore Dei, qui secūrī patet
filio bene vult, unde nec præsumitur filio quidquam immittere,
quod non ad redēptionem ejus faciat. Cum caro sumus, sine
cruce & afflictione in felici eternā translatione conservari non pos-
sumus. Hinc rectè argumentatur Angelus: Quia Deo charus
eras non poteras esse sine afflictione, quia charus eras Deo, ideo-
que conservari debetas in statu & orbita regi, necessariò ergo
afflictio erat inmittenda.

35. Tantum clara est afflictio ad felicem rerum translati-
onem & ipse Christus Servator noster opus redēptionis sine
passione perficere, & ita rem feliciter instituere non debuerit. O-
portet Christum mori. Hoc considerat Spiritus in Esaia. Quidando
tue et anima ejus penam pro reatu postquam Dominus qui percussit
e ritudine offerit, tunc ille videbit semen prolongatum dies. Et
voluntas Domini PER MANUM ejus, ejus ministerio FELICITER CEDET.

36. Non puto, multos intelligere quod ad felicem rerum
translationem requiratur adversitas, cum caro nostra sentiat vel
sentire

Sentire videatur dolorem. At verissima tamen sunt omnia, quæ excommodo argumenti ultimi clarius perspiciuntur.

v. 13. Bene illi homini qui invenit sapientiam, & homini, qui proloquuturus est discretionem.

v. 14. Nam melior est negotiatio ejus, quam negotiatio argenti, imo maius quid est, quam aurum proventus ejus.

v. 15. Pretiosa est magis quam margarita, imo omnia, quæ desiderii vel concupisibilitatis rationem habent non equiparantur ei.

v. 16. Prolixitas dierum est ad dexteram ejus, ad sinistram autem ejus, divitiae & gloria.

v. 17. Via ejus via pulchritudinis sunt, & omnes semita ejus Commodū
cruis.

v. 18. Arbor vita est omnibus fortiter tenentibus eam, imo quilibet apprehendentium eam, FELIX & RECTUS deprendatur.

37. Cum ut supra dictum est, non facile aliquis admittat vel concedat, qui DEI ut paterna castigatio requiratur ad Secel felicem & prudentem rerum tractationem, merito exclamat iam Spiritus. Bene illi homini qui invenit sapientiam, qui id agnoscit quod modo de cruce & afflictione dictum est.

38. Sapientia hic sumitur pro determinata sapientia ad hoc tertium argumentum. Sicut enim in praecedentibus duobus argumentis, post naturam, semper ponebatur commodum, ita & hic jam in fine commodum ponatur necesse est, cui commodo explicando praesixit nomen sapientie. Bene illi viro qui invenit sapientiam videlicet hanc quam modo exposui.

39. Addit & homini qui proloquuturus est discretionem conjungit Futurum eum Praterito, fundamentum cum eo, quod fundamento superstruitur. Qui invenit modo descriptam sapientiam, ille non potest non proferre discretionem i. e. ille novus sit discernere inter malum verum & apparet, quod crux & afflictio non malum sed bonum sit, imo quod fundamentum bonorum sit.

40. Prima ergo commodi pars est Felicitas, reliquæ partes

50 De principio divinae Ethices deo & giro tertio

facile assequimur, cum sint species sub hoc genere contentæ. Negotiatio ejus est melior quam negotiatio argenti. V. forma Mit der Weisheit von Kreuz vmbzugehen/ ist besser als mit Silber vmbzugehen/negotiari enim formaliter significat vmbzugehen Argentum, ut dici solet ist gute Währer/ at hic ei sapientia crucis præponitur, hic ipsi auro, nunquam enim ad eo in sapientia conservabit hominem aurum & argentum quæ afflictio tertium requisitum. Felicis & prudentius rerum tractationis.

41. Ex eodem principio margaritæ cedunt, cedunt omnia quæ nomen pretiositatæ habent. Quod enim mihi confert sapientia crucis, id simpliciter ignorantia alia, quæ ex thesauris premium merentur. Prolixitas dierum est à dextera ejus. Ille vere diu vivit qui bene vivit, male viventes erunt mortni dicuntur, & quæ quælo vita quæ quando in summo gradu vita esse debebat, in mortem æternam degenerati Sapientia autem crucis diu nos in vita conservat. Sicut si carnem à putredine, imo ad sinistras eius gloria & divitiae. Hæ seqvuntur dierum prolixitatem, quæ est à dextera. Is gloriolus est qui fortis est, is fortis est qui ferre potest multa, & ita patiens est, qui fert multa dives est, idq; semper & necessario, quando priora dico felicis & prudentius rerum tractationis rectè secutus est. Dives pastor ovium male exprobraret pastori boum paupertatem, eo quod non habeat oves tot, quot ipse, dives enim ille est ex possessione boum. Desperate stultus est, qui multum argeuti habens sapientem diceret mendicium, sapiens est dives, nec divitias agnoscit nisi in te. Vehicula finitimi sunt facultates stulti in oculis sapientis qui dum plura non cupit, non nisi ab insanis mendicus dicitur.

42. Pulchra sunt vie ejus, & omnes semita ejus pax. Dum turbatur metallo dives, lætatu sapiens, Deum propit um in corde suo perficiendo quotidie laborare, quod fit dum afflictionem immittit, ut ita felix & prudens rerum administratio ad exoptatum finem perducatur.

43. Dum

43. Dum enim mori & deficere videtur Arborum vita est in cruce D E U S , ex qua renovatur sapiens , ut nunquam thesauri ejus deficiant sic FELIX & R E C T U S p r a d i c a b i t u r s a p i e n s , quamvis ante mortem beatum dicere vetent G r æ c i .

Cum ad hic spatium supersit, quædam adjungam. Et hic i. constanter repeto, crucē & afflictionem esse essentiale requisitum ad felicem rerum tractationem in hominibus qui peccato sunt obnoxii & infecti. Aliter loquendum esset, si homo non peccasset. Exemplum rusticum at verum subjungam. Bovis caro dum vivit sale non indiget, at caro mortua à putredine non conservatur, nisi sale vel ei æquipollenti conspergatur. Hominis dum extra lapsum consideratur itidem sine afflictione conservari potest, at dum lapsus est homo, non potest ordinarie conservari sine afflictione, pro qua sententia, adduco quartum argumentum. Psalmi septuagesimi tertii, in quo explicando in ordinariis & publicis lectionibus jam versor. In eo Psalmo duo pro priora argumenta quæ in præjudicium purorum corde venire videbantur, sumedantur à felicitate impiorum & ab infelicitate piorum, tertium refutabat primum, & felicitate impiorum, meram infelicitatem esse proclamabat, tertium refutabat quartū docens malum piorum non esse malum. sed summe bonum, hoc ad meum facit institutum, in quo prima ratio hæc est. Non est indicarium de cruce Christianorum ex ratione, quod ad alia argumenta simul pertinent, secunda ratio. Quia stultus est qui malum Christianorum, dicit malum & non potius bonum, ita Psaltes v. 21. Quando cor meum se ipsum inficit: i. e. turbatur moxet. Et quod inferiora mea mutor v. 22. Tunc ego sum brutus, & nihil intelligo, imo bestia sum tecum. Heb. bestiæ. Ich bin ein Schwein/ein Esel/ein Affe/ja ich bin erger als alle Thiere die ihren Namen vom Verstand haben/swann ich mich wolt gremen/darumb dasz mirs im Christenthumb vbel gehet/ubi addition egredia ratio, Ut juxta consilium suum juxta scientiam appropriatam juxta quam tu ut pater luminis via novisti,


52 De prin. diry. Eth. deduct. tert. secund sc. prud. rer. eract.
novisti, quæ tuis creaturis commodum inferunt, ducas me, & post
gloriam me accipias, i.e. ad illas res quæ sunt gloriose. Gloria vera
est verus finis huius crucis & afflictionis. Et quidni Deū sequeremur
in iis quæ ille vult, sic n. subingerit Psaltes. Quis mibi in celis, nisi
tecum unam voluntatem haberem in terra, q.d. Ich werde im
Himmel keine Freude finden/ auch wol gar daraufz blei-
be / wo ich nicht hic auf Erden mit Gott einen willen
habe/ vnd das verlieb nehme/ was er zuschickt. — Etiam se
etiam deficiat caro, tamen cor meū & perra cordū immo portio mea
Deus est in perpetuum. Qui hoc solatum in afflictione recte per-
pendit, næ is felix næ is prudens, næ illi nunquam mala ob ve-
nire poterint, quæ fuis explicare vetat finis. Brevib. hæc omnia
elegantiss. in eodem Psalmo duplici conclusione concluduntur.
Prima hæc est. Felicitas impiorum est mere malum, bona enim sunt
tantum mere constringentia ipsos, v. penultim. Nam ecce re-
moti tui peribunt, postquam constringisti omnem recedentem a te.
Quibus remotis opponitur in altera conclusione (Piorum crux
est merum bonum, propinquitas DEI, quando sentiunt pii cum
nostris, cum ita inquit, Mihi autem quia mibi est Dei propinquitas,
quia Deum propinquum in cruce sensi. BONUM est, quod posue-
rim in Domino Ihesu Christibulum meum, ad annumerandum omnes
legationes tuas. Ecce crux est legatio Dei summi quis eam non
reverenter susciperet, & ad suum corpus corrigendum venisse
erederet. Nobis enim ut ex v. 22. pater, Deus manum no-
stram dexteram apprehendit, ut non
cadamus.

Mitsimmah sc. colligatione cum morta.

tur. Si autem contra ex propriis quos ex principiis sapientiae acquisivimus, fontibus bibamus. Tunc fons benedictus, & latabimur ex uxore adolescentie nostra benedictus est, cum benedictio ex ipso fluit, quod fit vero sapientiae fundamento ita & nobis & alijs inservit benedictum & beatum proclament fontem nostrum maledicant, cum in fine, se deceptos esse, animadverterent Christi fons benedictus erat, cum mulier in actu ejecit felicem deprædicabat & benedictum uterum, qui C portarit quia Christi verbum benedictum esse deprehendit. Hic fons deinde rectè confertur cum fonte ex Psal. 68. cum ex eo noster derivatus sit sub Dei signo. Conferatur alias pars Proverb. special. cap. 10. in traorbitæ principiorum.

16. *Tunc latari poterimus ex uxore adolescentie* Imperativus in materia necessaria, sicuti exemplum inter alia in Psal. 37., venit pro futuro secundo. Uxoris scientia sumitur communiter vi formæ, ut alibi dictum est, *qua excutimus liberos*, qui ~~רַבָּת~~ excussi dicuntur autem in hoc loco est propria, & à Deo nobis legitimata plenaria quæ ceu nostrâ utimur. Si quis autem hic urgere sensum literalem (qui autem in Proverbii 11. est observandus) & rectè, etiam rectè applicatum principium mitsimmah quamvis ceu ex fundatione ipsa propriè Spiritus hic non loquatur quia aliam uxorem ceu suam in thorum trahit, dedit secepium, quæ ipsum cepit & decepit; contrà qui suâ uter, rite gaudium ex fructu ejus capit. At, ut dixi, de se appropriata & à Deo nobis concessâ hic agit Salomon rectè dicitur, quod *Ubera ejus nos irrigent omni tempore* gationem uberum, si propriè sumi velis, gaudium infirmitatis esse arbitror: ergo hic talis uxor, quæ & marita est, videlicet sapientia vera nobis concessâ, ea cùm apergitur, *quod sit dum in ipius amore erramus, & perpe-*

N



034

Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Image Engineering